



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad
Perfectionem per Exercitia Spiritualia**

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

VII. Annotatio. Modus, quo Considerationes fieri debent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

suo jam similis, vitam in hoc exilio cœlesti agere, & ex omni rerum creaturarum vicissitudine instrumenta facere sibi incipit, quibus DEUM suum evolet. Quod qui aptè novè facere, peritè conversationis suæ rationem constituet.

VII. ANNOTATIO.

Modus, quo Considerationes debent.

Pro prima die. Ante Considerationem.

Elevandus est ante omnia ad DEUM, & cœleste lumen flagitandum, quod tultante intelligas, qua ratione instituendæ quas considerandas sumpsisti, actiones, Perfectionis, quam à Deo exigit, leges potæ sint.

Tum, si quam præteritis annis carum Virtutum praxim tibi descripsisti, jam nunc iam resume, & examina, num desit aliquum num excefferis in aliquo, num mutari expe ex articulis quospiam &c. Huc Methodi faciunt, quas in libris descriptas ad longum bes: tales sunt, quas P. Alvarez de Paz, P. Antonius Gaudier, vel alij quoque suis incubrationibus proponunt. Ubi reperies

um bene longum rerum, quas considerari ex-
pediet.

Sed duo interim observa. Unum est: Cùm
hæc Consideratio ad rectè instituendum dein-
ceps, quod consideras, servire debeat, necesse est,
ut scripto annotes, si quid ad hanc præxin occur-
reridoneum. Alterum est, ut caveas nimiam te-
legum, quæ certæ cuique actioni convenient,
multitudine onerare: nunquam enim tam
peris perseverans, ut omnes sanctè observes.
Unam hodie, cras alteram dissimulabis, atque
ita fiet, ut tota Virtutis illius exercitatio paulo-
post expiratura sit. Illud potius ex omnibus,
quæ occurrunt, selige, quod & efficacius, & in-
firmi tui non nimium fore arbitraberis.
Porro quæ circa Virtutis cuiuspiam exercita-
tionem promovendam sic occurrent, illa statim
adnotabis: tametsi hoc de luminibus, & Divinis,
quæ in oratione habere te contigerit, sensis no-
tam ut intelligas. Nolo, inquam, ut relictâ con-
tinuè oratione scribas, si quid occurrit boni:
quoniam imò, si quidem potes, neque animum singu-
lari cura ad hæc sensa reflectes, aut illa adno-
tandi propositum facies, quamdiu orandi tem-
pus durat: sed hæc omnia rectius ad Examen
meditationis, vel aliud quoddam opportunum
tempus differes.

Deni-

Denique velut à mentis in DEUM elevatione considerationem tuam exorsus es, & idem ejusdem Conditoris tui in ipso ejusdem cursu meministi, ita concludere eam memento, cum humili gratiarum actione Divino, quo præsens tibi adfuit, subsidio cum seria insuper imploratione celestis alij, necessarij ad hoc, ut, quæ salubriter deest, constanter ipso opere exequaris; subjungas omnibus liberalem tuimet ad omne DEI quium consecrationem.

VIII. ANNOTATIO.

Finis Primæ Hebdomadis.

Pro secunda die. Ante primam Meditationem.

Anima, quæ vult perfici, ubi primum intellexit, in quo vera Peregrinantis in hac felicitas, in quo vera itidem infelicitas nihil jam cunctatur, sed illico secum omne à se malum quàm longissimè à se omni autem bono, quàm potest impendit se munire. Et hic nimirum duplex ille est, ad quem omniscorum labor tendere qui Exercitiis se impendunt; nimirum à se removere, & omni bono abundare,